

NOTICES OF CLYFFE-AT-HOO.

*Transcribed from the ancient Registers of the See of Canterbury, at the cost of the late Rev. HENRY ROBERT LLOYD, and communicated by his son, the Rev. IORWERTH GREY LLOYD.*

I.—A.D. 1288.

Id. Novembris, apud Slindone, contulit Dominus Archiepiscopus ecclesiam de Clive Magistro JOHANNI DE BESTANE, presbytero, et instituit eundem Magistrum J. in eadem, presentibus Magistro Luca, Thesaurario Hereford., fratribus Johanne de Ravenstone, Johanne de Keluesdene, de ordine Minorum, Clemente de Cherlewode, et Waltero de Pecham, et habuit dictus Magister J. litteras institutionis et inductionis . . . Decano de Schoreham, rectori de Hese, et Vicario de Orpinton, ita quod omnes, duo, vel unus eorum, &c. (*Pecham*, fol. 38<sup>a</sup>.)

II.—A.D. 1292.

Anno Domini m<sup>mo</sup> cc<sup>mo</sup> nonagesimo secundo, viij Kal. Julii apud Otteford in capella, Dominus J. de Cobeham fecit homagium et juravit fidelitatem de quarta parte unius feodi militis in Clive. (*Pecham*, fol. 4<sup>a</sup>.)

III.—A.D. 1298.

*Denunciatio generalis contra impediētes Rec. ec. de Olive colligere decimas. Inquis. de nominibus et citatio.*

Robertus, &c., venerabili fratri Domino Thomæ Dei gratia Roffensi Episcopo salutem, &c. Intelleximus, nonnullis referentibus fidedignis, quod quidam filii degeneres jura perturbare ecclesiastica non verentes, quosdam familiares et ministros Magistri JOHANNIS DE BESTAN, rectoris ecclesiæ de Clyve, tam clericos, quam laicos, ad colligendum decimas, et alios fructus autumnales nuperime deputatos hostiliter sunt aggressi, et nedum verberibus, sed etiam vulneribus gravibus afflixerunt eosdem, ipsosque flagitiosas manus, per fugam nitentes evadere, et in domibus rectoriæ dictæ ecclesiæ, ubi tutum refugium habere sperabant ingressos, insequabantur, et cum multitudine armatorum ipsos una cum capellanis et aliis ministris ipsius ecclesiæ in hujusmodi manso undique appositis custodibus et insidiis ne exeant obsederunt, et adhuc obsidere nequaquam formidant, quominus sine mortis periculo aliquis ad ecclesiam ipsam pro celebratione divinorum, vel ad agros pro colligendis decimis, vel aliis fructibus ad rectoriam spectantibus, exire valeat juxta morem; quibus quidem malefactoribus nonnulli vestri subditi cooperando perhibentur assensum præbere, & horrenda hujusmodi scelera, exemploque pernicioſa, una cum aliis perpetrare, ex quibus contigit dictum rectorem et ecclesiam suam, juribus et decimis suis per hujusmodi excogitatum maliciam nequiter defraudari, ipsasque garbas decimales cum contractatione furium cum conoultatione brutorum animalium, denegata custodia, non absque magno detrimento consumi. Cum igitur tam nephandi sceleris, factores pariter et auctores, eorumque complices et fautores, non sit dubium in majoris excommunicationis sententiã, tam a canone, quam in Oxoniensi Concilio promulgatam, dampnabiliter incidisse; fraternitati vestræ mandamus, quatinus omnes sacrilegos prænotatos, tantique participes facinoris, ac consilium, auxilium, vel assensum præbentes eidem, quamdiu in sua pertinacia perseveraverint, singulis diebus dominicis et festivis in ecclesiis vestræ jurisdictioni subjectis circumquaque ecclesiæ de Clyve

memoratæ vicinis, pulsatis campanis et candelis accensis ad cautelam intra missarum solemniam, coram clero et populo denunciatis, seu denunciari faciatis in genere hujusmodi excommunicationum sententiis involutos. Et ne tam enormis offensa Deo, et ecclesiæ tantæ præsumptionis audacia violenter illata, transeat aliquantulum impunita, de nominibus sacrilegorum hujusmodi, quatenus ad vos pertinet, diligenter inquiretis, et faciatis inquireri. Et si quos tantarum culparum commissores inveneritis, vel auctores, citetis, vel faciatis citari eosdem, quod compareant coram nobis tertio die juridico post festum Assumptionis Beatæ Mariæ, ubicumque tunc in civitate, diocesi, vel provincia Cantuariensi fuerimus, præcise et peremptorie, proposituri et ostensuri rationabile, si quod habeant, quare ipsos notorios libertatum ecclesiasticarum violatores non debeamus declarare in hujusmodi majoris excommunicationis sententias specialiter incidisse, et alias pro tantæ enormitatis excessibus animadversione punire condigna, cum ratione hujusmodi delicti infra nostram jurisdictionem commissi for' coram nobis de jure sortiri noscantur. Ipsamque inquisitionem super hiis factam, una cum nominibus malefactorum, quos inveneritis in hac parte, nobis dicto die sub sigillo vestro inclusam fideliter transmittatis. De die vero receptionis præsentium, et quid feceritis in præmissis, nos dictis die et loco certificetis per vestras patentes litteras, &c. (*Winchelsey*, fol. 249<sup>a</sup>.)

## IV.—A.D. 1302.

*De coadjutorio dato Magistro Johanni de Bestan Rec. de Clyve.*

Robertus, &c., dilecto filio, Magistro JACOBO DE COBEHAM, professori juris canonici, salutem, gratiam, et benedictionem. Magistro JOHANNI DE BESTAN, Rectori ecclesiæ de Clyve, de Decanatu de Schorham, nostræ immediatæ jurisdictionis, gravi corporis invalidudine notorie laboranti, et propter ipsius impotentiam curam regiminis sibi commissi in eadem exercere nequeunt, te damus coadjutorem, ad supplendum ipsius defectum, ejusque impotentiam relevandum, secundum juris exigentiam, in administratione spiritualium et temporalium suæ ecclesiæ memoratæ. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum apud Slyndon', xij<sup>o</sup> Kal. Septembris Anno Domini m<sup>o</sup> ccc<sup>mo</sup> secundo consecrationis nostræ octavo. (*Winchelsey*, fol. 287<sup>b</sup>.)

## V.—A.D. 1302.

*Magistro J. de Bestan, quod pareat coadjutori suo.*

Robertus permissione divina, &c., dilecto filio Magistro JOHANNI DE BESTAN, Rectori ecclesiæ de Clyve, de Decanatu de Schorham, nostræ immediatæ jurisdictionis, salutem, gratiam, et benedictionem. Debilitatem notoriam tui status advertentes, pro tuo, et ecclesiæ tuæ prædictæ congruo relevamine, discretum virum Magistrum JACOBUM DE COBEHAM, juris canonici professorem, ut vices tuas, tam in spiritualibus, quam temporalibus supleat, coadjutorem tibi duximus adhibendum. Quocirca tibi firmiter injungendo mandamus, quatenus eidem Magistro Jacobo, tanquam coadjutori tuo humiliter pareas, et liberam ejusdem ecclesiæ administrationem in spiritualibus et temporalibus habere permittatis. Valete. Datum apud Slyndon', xij<sup>o</sup> Kalen. Septembris, Anno Domini, &c. (*Winchelsey*, fol. 287<sup>b</sup>.)

## VI.—A.D. 1302.

*Parochianis de Clyve super eodem.*

Robertus, &c., dilectis filiis universis et singulis parochianis ecclesiæ de Clyve, Decanatus de Schorham, nostræ immediatæ jurisdictionis, salutem, &c. Debilitatem notoriam status Magistri JOHANNIS DE BESTAN, Rectoris ecclesiæ vestræ parochialis de Clyve, advertentes, pro suo, vestro, et ecclesiæ suæ prædictæ relevamine, discretum virum, Magistrum JACOBUM DE COBEHAM, juris canonici professorem, ut vices suas tam in spiritualibus, quam temporalibus supleat, coadjutorem sibi duximus adhibendum. Vobis igitur omnibus et singulis firmiter

injungendo mandamus, quatenus coadjutori prædicto in administratione spiritualium et temporalium dictæ ecclesiæ in omnibus efficaciter intendatis, et eidem, sicut convenit, humiliter pareatis. Datum apud Slyndon ut supra proximo. (*Winchelsey*, fol. 287<sup>b</sup>.)

VII.—A.D. 1314.

*Dimissio facta Magistro Jacobo de Cobeham super retentione ecclesiarum de Clive et Coulinge in diocesi Roffensi.*

Memorandum quod cum Magister Jacobus de Cobeham, coram nobis W. permissione, &c. Roffensem diocesim jure metropolitano ac decanatum nostrum de Shorham, ejusdem diocesis, dudum visitantibus, super eo quod ipsum comperimus ecclesias de Clyve et de Coulynge, dictæ diocesis, insimul retinere, citatus ad iudicium extitisset, jus suum quod habuit super retentione ecclesiarum hujusmodi curatarum exhibiturus, ac eciam ostensurus, idem Magister Jacobus, statuto sibi termino legitime comparens, privilegium Apostolicum fe. re. quondam Domini C. divina providentia papæ quinti sibi indultum specialiter in hac parte, exhibuit et ostendit. Quo quidem privilegio per nos inspecto, examinato, et plenius intellecto, quia secum per hujusmodi exhibitum privilegium super retentione licita et canonica utriusque beneficii antedicti fore sufficienter invenimus dispensatum, ipsum super hoc munitum legitime reputantes, ab officio nostro dimittimus per decretum. In cujus, &c. Datum apud Lametheth non. Febr. Anno Domini m° ccc° xiii°. (*Reynolds*, fol. 111<sup>b</sup>.)

VIII.—A.D. 1317.

*Collatio ecclesiæ de Clyve, Roffensis diocesis.*

iiiij<sup>to</sup> Kalen. Januar. apud Otteford, contulit Dominus ecclesiam de Clyve, decanatus de Shoreham, immediatæ jurisdictionis Domini, Roffensis diocesis, Magistro J. DE BRUYTON, tunc Cancellario Domini, vacantem per mortem Magistri Jacobi de Cobeham, ultimi rectoris ejusdem, et super hoc habuit literam collationis suæ, et inductionis, directam Decano de Shoreham sub data prædicta. (*Reynolds*, fol. 22<sup>b</sup>.)

IX.—A.D. 1318.

*Collatio ecclesiæ de Clyve.*

Walterus, &c., dilecto in Christo filio Magistro ADÆ MURYMOUTH, clerico nostro, juris civilis professori, presbytero, S., &c. Ecclesiam parochialem de Clyve, Roffensis diocesis, nostræ tamen immediatæ jurisdictionis, per resignationem dilecti clerici nostri Magistri Johannis de Bruyton, ultimi rectoris ejusdem, vacantem, et ad nostram collationem pleno jure spectantem, ex causa veræ et licitæ permutationis cum ecclesia de Lymynge, nostrorum patronatus et diocesis, legitime factæ, consimiliter vacante; Tibi conferimus intuitu caritatis, teque, cum omnibus juribus et pertinentiis suis universis, Rectorem canonice instituimus in eadem, ac de ipsa etiam præsentialiter investimus. In cujus, &c. Datum apud Lamhethæ xiiij<sup>mo</sup> Kal. Novembris, Anno Domini m° ccc<sup>mo</sup> xvij<sup>o</sup>. Et habuit literas inductionis Officiali Roffensi, sede vacante. (*Reynolds*, fol. 24<sup>b</sup>.)

X.—A.D. 1357.

*Collatio ecclesiæ de Clyve.*

xj<sup>o</sup> die mensis Marcii, Anno Domini supradicto, apud Otteford, Dominus contulit Domino WILLELMO DE ISLEP, *alias cognominato JOCELYN*, presbytero, ecclesiam de Clyve, decanatus de Schorham, suæ jurisdictionis immediatæ, ac etiam sui patronatus, vacantem, et ipsum Rectorem instituit canonice in eadem, cum suis juribus et pertinentiis universis. Et demandatum fuit Magistro Willelmo de Tunstall ad inducendum eum vel ejus procuratorem in corporalem possessionem ejusdem ecclesiæ. (*Islip*, fol. 279<sup>b</sup>.)

## XI.—A.D. 1358.

*Resignatio ecclesiæ de Clyve.*

Memorandum quod Anno Domini Millesimo ccc<sup>mo</sup> lviii<sup>o</sup>. Indictione xij<sup>a</sup> Pontificatus sanctissimi in Christo patris Domini Innocentii Papæ vj anno sexto, mensis Novembris die ultimi, apud Lamheth', in camera reverendi in Christo patris Domini Simonis, Dei gratia Cantuariensis Archiepiscopi, &c., coram eodem reverendo patre, Dominus WILLELMUS JOCELYN, *alias* cognominatus DE ISLEP, cruciferarius ejusdem patris, Rector ut dicebatur ecclesiæ de Clyve, decanatus de Schorham, immediatæ jurisdictionis dicti Domini Archiepiscopi, personaliter constitutus, dictam ecclesiam cum omnibus suis juribus et pertinentiis, pure, sponte, simpliciter, et absolute, in sacras manus præfati Domini Archiepiscopi resignavit; quam quidem resignationem dictus Dominus Archiepiscopus admisit sive acceptavit. Præsentibus, Magistro Johanne de Severleye, Thoma de Wolton', et aliis. (*Islip*, fol. 281<sup>a</sup>.)

## XII.—A.D. 1358.

ij<sup>o</sup> Kalen. Decembr. Anno Domini supradicto, apud Lamheth', Dominus contulit Magistro ADÆ DE HOUTON, legum doctori, ecclesiam parochialem de Clyve, decanatus de Schorham, suorum patronatus et jurisdictionis immediatæ, per resignationem Domini Willelmi Jocelyn, presbiteri, ultimi rectoris ejusdem ecclesiæ, in manus dicti Domini libere et legitime factam, et per eum admissam, vacantem, et ipsum Rectorem instituit canonice in eadem eum suis juribus et pertinentiis universis. Et demandatum fuit . . . Decano de Schorham et Domino Laurencio de Flore, capellano, ad inducendum eum, vel procuratorem suum ejus nomine. Et habuit literas institutionis in forma communi. (*Islip*, fol. 281<sup>a</sup>.)

## XIII.—A.D. 1359.

*Resignationes ecclesiarum de Clyve et Croidon', ex causa permutationis.*

Memorandum quod iij Kalen. Maij, Anno Domini Millesimo ccc<sup>mo</sup> lix<sup>o</sup>. Magister ADAM DE HOUTON, legum doctor, Rector ecclesiæ parochialis de Clyve, decanatus de Schorham, patronatus et jurisdictionis immediatæ reverendi patris Domini Simonis Dei gratia, Cantuariensis Archiepiscopi, &c., in capella manerii dicti patris de Maghefeld personaliter constitutus, præfata ecclesiam suam de Clyve, in manus dicti venerabilis patris ex causa permutationis faciendæ cum Magistro WILLELMO DE WITLESSEYE, Rectore ecclesiæ de Croidon, patronatus et jurisdictionis immediatæ dicti patris, et non alio modo, cum suis juribus et pertinentiis universis, resignavit. Et idem Magister Willielmus ibidem similiter constitutus, dictam ecclesiam suam de Croidon in sacras manus dicti patris per modum et ex causa permutationis hujusmodi faciendæ, et non aliter cum suis juribus et pertinentiis universis consimiliter resignavit, quas quidem resignationes idem pater hinc inde ut præmittitur factas coram eo, admisit sive acceptavit. Et subsequenter eisdem die, anno, et loco, idem. (*Islip*, fol. 282<sup>b</sup>.)

## XIV.—A.D. 1359.

*Collatio earundem ecclesiarum.*

Venerabilis pater dictam ecclesiam de Clyve eidem Magistro WILLELMO DE WITLESSEYE et predictam ecclesiam de Croidon eidem Magistro Adam ex causa permutationis hiis contulit et ipsos Rectores instituit canonice in eisdem cum suis juribus et pertinentiis universis per modum et ex causa permutationis prelibate presentibus in premissis dominis Bretello Avenel Johanne Sulthorn et Thoma de Tetford Capellanis et familiaribus dicti patris. Magister Ricardus Warmyngton similiter interfuit in premissis Eisdem die anno et loco demandatum fuit . . . decanis de Schorham et Croidon immediatæ jurisdictionis dicti patris ad inducendum eosdem Magistros Willelmum et Adam vel procuratores suos eorum nominibus in corporalem possessionem ecclesiarum suarum prædictarum. Et habuerunt literas institutionum et inductionum in forma communi. (*Islip*, fol. 282<sup>b</sup>.)

XV.—A.D. 1363.

*Acta in negotio inter Rectorem ecclesiæ de Clyve et parochianos suos.*

Abominabilis sceleris perpetratio; que propter ipsius notorietatem aliquo non indigente accusante et cujuslibet Christicolæ animus non immerito provocare poterit in stuporem; ad aures reverendissimi in Christo patris domini Simonis Dei gratia Cantuariensis Archiepiscopi totius Angliæ Primatus et Apostolice sedis legati nuper deducta extitit etiam fama publica referente quod parochiani ecclesiæ de Clyve juxta Roffam immediatæ jurisdictionis dicti Patris spiritu furoris et nequitiæ debriati invicem confederati et conspirantes; die dominica in vigilia festi Nativitatis Domini anno ab incarnatione ejusdem domini Millesimo trecentesimo sexagesimo tercio Indictione secunda Pontificis sanctissimi in Christo patris domini Urbani divina providencia Papæ quinti Anno secundo venerabili viro domino JOHANNI DE BISSOPPISTON Rectori eorum ecclesiæ memoratæ insidias paraverunt ponentes subdole diversos malefactores inter Rectorem et ecclesiam prædictam ut eundem Rectorem interficerent eundo seu saltim reverendo sicuti verisimiliter credebatur; et vulgariter fuit dictum (set divina gratia protegente) ipse Rector hoc ignorans per aliam viam eadem die ad præfatam ecclesiam cum Capellanis clericis et famulis suis pro divinis officiis sicut decuit faciendis; venerunt ipsi parochiani armati diversimode et contumeliis injuriis conviciis et opprobriis divinum officium perturbando in eadem ecclesia affecerunt, et vociferando inhumaniter invaserunt, comminantes publice sibi mortem postposita reverencia salvatoris diei hujus atque loci, eundemque Rectorem metu mortis compulerunt ad remittend[um] penitencias quibusdam de dictis parochianis notariis fornicatoribus et in malicia obstinatis judicialiter impositas et injunctas; prædictam etiam ecclesiam, Rectore et ministris suis in eadem existentibus, obsidebant, et ut furibundi ipsam ecclesiam et ejus Cimiterium cum diversorum armorum generibus circumdantes, præfatum Rectorem et suos ministros adeo terruerunt quod dictam ecclesiam et cimiterium non audebant exire propter metum mortis et corporis cruciatum; iidemque parochiani, hiis injuriis non contenti, in quosdam presbiteros, clericos, et alios dicti Rectoris servientes manus injecerunt temere violentas, in Jesu Christi filii Virginis gloriosæ et ecclesiæ suæ sanctæ injuriam, totius cleri opprobrium, et omnium Christianorum scandalum manifestum. Set postea Idus Januarii Anno Domini supradicto coram venerabili viro magistro Ricardo de Warmyngton Auditore causarum Curie dicti Patris in ecclesia de Charingges pro tribunali sedente comparuerunt personaliter Willelmus Em, Thomas Ram, Ricardus Ram, Willelmus Chers, Willelmus Jakys, Johannes Doggere, Johannes Jay, et Johannes Soule, parochiani dictæ ecclesiæ de Clyve, et ad petitionem eorundem idem Auditor assignavit ipsis diem Jovis in crastino Ferie quartæ in capite Jejunii proximo tunc futurum ad comparandum coram dicto patre ubicumque, &c., una cum aliis vicinis suis et comparochianis ejusdem ecclesiæ de Cliva, ita quod xij parochiani hujusmodi de melioribus et potencioribus ejusdem parochiæ personaliter, ceterique parochiani præfatæ parochiæ per unum procuratorem ydoneum sufficienter instructum dicto die et loco comparerent ad informandum dictum venerabilem patrem super veritate premissorum et ad excusandum se si possent, alioquin ad submittendum se gratiæ domini in hac parte et standum alte et basse ordinationi dicti Patris, ac ad recipiendum pœnitentiam sibi injungendam pro commissis. Interim cum pro parte dictorum parochianorum dicto venerabili patri extitit supplicatum quatinus sibi placeret assignare eis terminum breviorum ad premissa faciendam, præfate Rectore primum præmunito, quodque placeret eidem patri suspendere executiones mandatorum suorum occasione præmissa facta et concedere licenciam (eisdem parochianis) audire divina in ecclesia prædicta et percipere ecclesiastica sacramenta. Idem pater terminum breviorum dictis parochianis assignavit, videlicet, diem Jovis viij Kalend. Februar. contingentem anno domini supradicto et præfatum Rectorem suis literis præmunivit quod die hujusmodi coram eodem patre compareret coram eo ubicumque, &c., ad effectum ut in eodem negotio per viam tractatus et concordie fieret finis bonus si aliter petita non poterant obtinere. Dicto vero die Jovis adveniente coram eodem patre in Camera sua interiori apud Charingge dictus Rector non comparuit, pro eo quia ut dictum fuit graviter infirmabatur, set misit ad excusandum se Ricardum Fode clericum et Johannem Burbache domicellum

suum, set comparuerunt personaliter Johannes Ram Thomas Ram Thomas Wylle Johannes Saule Johannes Jay Ricardus Ram Ricardus Bole Robertus Bisshop Willelmus Chers Willelmus Bokelond Thomas Flokke Robertus Doggere et Robertus Rycher parochiani dictæ ecclesiæ de Clyve et flexis genibus pro violentiis injuriis et commissis hujusmodi sic attemptatis submiserunt se ordinationi domini; præfati insuper Thomas Ram et Thomas Wille procuratores ceterorum parochianorum dictæ ecclesiæ in hac parte specialiter constituti, prout per quoddam instrumentum publicum manu Thomæ Benet clerici Cantuariensis diocesis Notarii auctoritate Apostolica publici scriptum et ipsius signo signatum tunc ibidem exhibitum apparuit, procuratorio nomine parochianorum totius parochiæ ecclesiæ supradictæ super premissis submiserunt se eorundem parochianorum nomine et eosdem parochianos ordinationi domini pro criminibus injuriis violentiis dicto Rectori et ejus ministris illatis, ac jurarunt ad sancta dei evangelia tam in animas suas quam ceterorum parochianorum dictæ ecclesiæ de Clyve se velle stare alte et basse ordinationi dicti domini Archiepiscopi; quodque illud procuratorium sic exhibitum factum fuit de consensu omnium parochianorum ecclesiæ de Clyve supradictæ; Et nihilominus petatum fuit pro parte eorundem parochianorum a Reverendo patre prædicto quatinus supersederetur ab executione mandatorum suorum sicut prius; cui petitioni idem pater non annuebat, set dixit quod hoc facere non potuit absque prejudicio Rectoris predicti; Et voluit quod partes die Jovis in crastino diei coram eo ubicumque, &c.; comparerent facturi tractaturi & recepturi quod justitia suadebat et pro faciliori fine faciendo in premissis, injunxit præfatis procuratoribus quod cum Magistro Roberto de Bourne ad Rectorem accederant et cum eo componerent ut sic negocium cicius terminetur. Dicto vero die Jovis in crastino feriæ iij<sup>te</sup> in capite Jejuni adveniente, videlicet, vj Idus Februar. Anno domini supradicto coram dicto domino Archiepiscopo in quadam Camera Manerii sui apud Charingges comparuit personaliter præfatus dominus Johannes de Bisshoppiston Rector ecclesiæ de Clyve predictæ necnon Thomas Ram Ricardus Ram Johannes Jay Thomas Wylle Robertus Doggere et Johannes Soule parochiani dictæ ecclesiæ pro se, et nomine omnium parochianorum ipsius ecclesiæ similiter comparuerunt, offerentes se subire paratos ordinationi dicti Patris; expositisque eis periculis que propter premissa incurrebant, Rector predictus volens ut dixit quod finis fieret tam in premissis quam super aliis calumpniis et exactionibus pendentibus hinc et inde, et proposuit contra parochianos suos, quod ipsi decimas piscacionis eorum saltim de sprottis captis in mari et de cirpis in marisco solvere non curarunt super quibus petiit quod dictus Pater ordinaret et decerneret prout eidem placeret et videbitur expedire. Item petiit præfatus Rector decimas de firmariis Prioris et Capituli ecclesiæ Christi Cantuariensis præsertim de animalibus aliorum quam Prioris et Capituli predicti de agistamentis in pastura ipsius Prioris et Capituli depastis. Item de firmariis dicti Patris decimas cirporum de marisco suo ibidem provenientibus petiit similiter sibi dari; Pars vero parochianorum predictorum petiit ab eodem Rectore inventionem trium capellanorum sicut ab antiquo fieri consuevit per Rectores ibidem Et quod placeret domino Archiepiscopo concedere eis licentiam audiendi divina et percipere sacramenta et sacramentalia in ecclesia memorata. Cui quidem petitioni dictus dominus Archiepiscopus respondebat se velle mittere ad eandem venerabilem in Christo patrem dominum Willelmum dei gratia Roffensem Episcopum die dominica vel die lune tunc proxima sequente ad reconsiliandum ecclesiam supradictam et absolvendum omnes parochianos a quibuscumque censuris fuerint occasione premissorum vel aliarum quarum absolutio ad eum pertinuit aliquo modo innodati. Subsequently etiam tunc ibidem dictus Rector proposuit contra Ricardum Ram tunc ibidem presentem quod ubi ab omni tempore parochiani dictæ ecclesiæ solebant dare decimas bladorum in copp' sive cumulis xv garbas idem Ricardus ex præcogitata malicia consensientibus aliis parochianis de quodam campo suo per itinera publica sito, volens malum exemplum et materiam malignandi aliis ministrare, decimavit in garbis separatis et ab invicem remotis, super quibus posuerat cardones divisim; quæ omnia dictus Ricardus humiliter fatabatur et a sententiis quibus ea occasione extiterat innodatus fuerat absolutus; Cui dictus dominus Archiepiscopus injunxit pœnitentiam subsequentem; videlicet, quod prima die dominica quadragesimæ tunc proxima sequente, portaret in humeris suis unam garbam silliginis et eam offeret super majus altare ipsius ecclesiæ de

Clyve, una cum valore decimarum proveniencium de campo prædicto, quas prefatus Rector sicut dixit ne faceret contra solitum morem abducere pretermisit. (*Isip*, fol. 208<sup>b</sup>.)

## XVI.—A.D. 1363.

*Ordinacio sive decretum vel arbitrium in negotio supradicto.*

In Dei nomine Amen. Per præsens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno ejusdem domini Millesimo ccc<sup>mo</sup> lxij<sup>o</sup> secundum computationem ecclesie Anglicane, Indictione ij<sup>a</sup> Pontificis sanctissimi in Christo patris et domini domini Urbani divina providencia papæ v<sup>ti</sup> Anno ij<sup>o</sup> Mensis Februarii die octava decima videlicet secunda die dominica xl<sup>mo</sup> in Cimiterio ecclesie parochialis de Clyve decanatus de Shorham immediatæ jurisdictionis domini Archiepiscopi Cantuariensis in presencia mei notarii publici et testium infra scriptorum, Johannes Mortemer Ricardus Cardoun Johannes Jay Johannes Lorkyn Ricardus Boklond Willelmus Jakys Ricardus Symond et multi alii parochiani ecclesie de Clyve prædictæ majorem partem saltim virorum parochianorum dictæ ecclesie sicuti dicebatur publice facientes invicem inibi congregati Thomam Ram Johannem Ram Gosselinum Osebarne et Johannem Kydenet comparochianos suos ibidem presentes conjunctim et divisim et eorum quemlibet, et eorum quemlibet per se et insolidum, ita quod non foret melior conditio occupantis, set quod unus illorum incepterit, quilibet eorum libere valeat prosequi et finire, suos veros et legitimos procuratores actores negociorum gestores syndicos et nuncios speciales ordinarunt fecerunt et constituerunt sub forma subscripta contenta in quadam papiri scedula exhibita tunc ibidem; quam formam discretus vir Magister Robertus de Bourne clericus de consilio eorundem parochianorum existens prædictis parochianis exposuit in vulgari; videlicet ad submittendum se in alto et basso et communitatem parochianorum ipsius ecclesie pro se heredibus et successoribus suis, venerabili in Christo patri ac domino, domino Simoni dei gratia Cantuariensis Archiepiscopo, tocius Angliæ Primati, et Apostolicæ sedis legato, ne non ordinationi dispositioni diffinitioni laudo et arbitrio ejusdem; et insuper ad compromittendum et consentiendum in eundem venerabilem patrem tanquam in arbitrum compromissarium arbitratorem laudatorem ordinatorem disponentem diffinitorem seu amutabilem compositorem de et super quibuscumque excessibus violentiis injuriis molestationibus inquietationibus et divinorum officiorum perturbationibus contra sacros canones et ecclesie Catholicæ immunitatem, in ipsam ecclesiam de Clyve, dictæ communitatis eciam villæ parochialem, et insuper in discretum virum dominum JOHANNEM DE BISSHOFFISAM dictæ ecclesie Rectorem ceterosque ejusdem ecclesie ministros nuper per ipsam communitatem de consensu et assensu consilio et auxilio aut conniventia ejusdem perpetratis illatis et commissis, ne non super et de solutione decimarum de piscacionibus suis quibuscumque tam magnorum piscium quam parvorum, de silva cedua, de cirpis mariscorum, de lana, lacte, et caseo, et agnis, de agistamentis omnium in mariscis domini Prioris Cantuariensis ultra numerum ovium predicti Prioris depastarum, ne non de omnibus ovibus depastis in quibusdam mariscis de quarum decimatione tenentes dictos mariscos subtrahunt, tantum de caseo quantum solvent Rectori ecclesie de Northflete nomine ejusdem annui redditus infra dictam parochiam constituti; proveniencium et provenire debentium ac etiam de redditione compoti facienda in presencia dicti Rectoris vel procuratoris sui de omnibus receptis tam ad opus ecclesie quam ad Gildas et de impositionibus et taxis concernentibus onus et sustentationem ecclesie faciendum, et in presencia dicti Rectoris vel procuratoris sui ac etiam super decimis negotiationum mercimoniorum artificiorum et aliis decimis personalibus dicto Rectori solvendis. Et insuper et de inventione et exhibitione duorum Capellanorum parochialium et unius clerici in ipsa ecclesia de Clyve continue sumptibus Rectoris ejusdem ministrancium, de perceptione oblationum ad pixidem ante crucem principalem in dicta ecclesia proveniencium. Et super et de vendicatione herbagiorum feniculorum arborum et ramuncolorum infra cimiterium dictæ ecclesie crescentium per ipsam communitatem pretensorum, ac super inventionem vj cereorum continue citra summum altare stare, ut dicta communitas pretendit, debencium, et duorum processionalium cereorum ad sumptus dicti Rectoris, ac etiam super eo quod

pretendunt dictum Rectorem nullam dispositionem in navi dictæ ecclesiæ habere seu quovismodo habere posse, set ipsam propriam ipsorum existere. Necon generaliter super et de omnibus aliis rationibus litibus et controversiis quæ vertuntur vertive sperantur seu quocunq; modo occasione premissorum verti possunt inter prefatos Rectorem presbyteros clericos et ministros et supradictam communitatem superius expressatis vel non expressatis, set ex eisdem insurgere et emergere qualitercunq; valentibus. Dantes insuper et concedentes dictis procuratoribus suis et eorum cuilibet facultatem et potestatem nomine suo specialem consenciendi consensum et assensum præstandi quod idem Reverendus pater per se valeat vel per alium vel simul cum alio quem sibi voluerit sociare, super et de premissis omnibus et singulis de plano sine strepitu iudicii et figura cognoscere, et ea examinare; ipsos seu eorum procuratores ad audiendum sententiam vel præceptum laudum diffinitionem seu ordinacionem quamcumque in hac parte faciendam vel ad alia in ipsis negociis emergentia ad certos diem et locum per ipsum assignandos citare, diemque præfixum prorogare, ipsosque si contumaces sunt multare, et per se ipsum vel alium pronuciare diffinire laudare et arbitrari præcipere alte et basse, et sicut ei videbitur terminare semel et pluries conjunctim et divisim, ordinarie vel extraordinarie, diebus feriatis et non feriatis, sendo vel stando, in scriptis vel sine scriptis, omni hora et loco, ipsis presentibus vel absentibus, citatis tamen ad sententiam vel sententias laudum arbitrium ordinacionem et diffinitionem supradictam interpretare, determinare, corrigere, reformare, si ei videbitur expedire. Ac etiam ad promittendum nomine suo pro se suisque heredibus et succesoribus dicti reverendissimi Patris vel per ipsum in hac parte Commissarii deputati laudo arbitrio diffinitioni seu præcepto et ordinacioni stare parere et obedire, sub pœnæ Commissione, et aliorum ad penam spectantium per ipsum Reverendum patrem seu alium ejus auctoritate et mandato apponendorum, et per ipsos solvendorum si in parte vel in toto supradicto laudo sententiæ precepto diffinitioni et ordinacioni contravererint. Et nihilominus ipsis laudo arbitrio diffinitione et sententia rata et firmis manentibus ac eadem mox emologare approbare et in nullo contravenire quacunque ratione causa seu modo de jure vel de facto verbo vel opere per se vel interpositam personam; ac etiam cuiuscumque appellacioni et ejusdem interpositioni occasione eorundem, ac eciam cujuscumque rescripti seu privilegii aut regie prohibitionis impetracioni aut eorundem prosecutioni, omnibusque exceptionibus objectionibus competentibus eisdem et competituris et in integrum restitutionibus contra predicta ac etiam quibuscumque remediis juris aut facti statuti seu consuetudinis per quæ ordinaciones laudum et arbitrium supradicta poterunt vicari aut infirmari in toto vel in parte sive ex persona arbitre sive ex personis ipsorum compromittencium et submittencium seu ex forma et modo submissionis et compromissionis predictorum seu ex rebus vel causis super quibus est submissum et compromissum, sive quacunque alia causa ratione pure et absolute renunciandi, ac bona eorum omnia et singula mobilia et immobilia præsentia et futura pro observationis predictorum securitate, necon pro solutione pœnæ et penalium in hac parte apponendarum ipsis tamen diffinitionibus laudis et arbitriis suis et preceptis firmis manentibus si in aliquo ut præmittitur contravenire curaverunt in satisfactionem obliganda. Quæcumque etiam genus liciti sacramenti et presertim de stando obediendo et parendo prefatis arbitrio laudo sententiæ diffinitioni precepto et de observando omnia et singula premissa et promissa in animas eorundem et singularium personarum dictæ communitatis præstandi, ac eciam status eorundem reformationem et beneficium relaxationis cujuscumque interdicti in dictam villam de Clyve necon cujuscumque censuræ ecclesiasticæ in ipsorum personas per dictum reverendum patrem seu ejus auctoritate propter excessus violencias et injurias molestaciones inquietaciones et perturbaciones supradictas late seu fulminatæ quovismodo petendi et recipiendi de parendo juri et de satisfaciendo dictæ ecclesiæ Rectori et Capellanis ceterisque ministris ejusdem læsis et ut præfertur inquietatis et turbatis, per juramentum et alias ydonee Cavend(as) in forma juris. Ac eciam omnia alia facienda et exercenda in præmissis et citra ea quæ necessaria fuerint seu opportuna etiam quantumcumque mandatum exigant speciale. Promiserunt etiam se ratum et gratum habituros quicquid dicti procuratores seu eorum aliquis vel aliqui fecerint aut fecerit aut dictus pater ordinaverat laudaverit diffiniverit et arbitratus fuerit in



præmissis sub ypotheca rerum suarum exposuerunt cautiones. Acta fuerunt hæc anno Indictione Pontificis Mensis die et loco prædictis. Presentibus Religiosis viris fratre Johanne de Hertlepe Priore ecclesiæ Cathedralis Roffensis Magistro Johanne de Swynsheved Officiali domini Roffensis Episcopi, Roberto de Bourne clerico juris perito Wintoniensis diœcesis et Ricardo Fode clerico Sarum diœcesis testibus ad premissa Rogatis et aliis in multitudine copiosa. Prefatus insuper dominus Johannes de Bishoppiston Rector ecclesiæ de Clyve sæpeditæ tunc ibidem personaliter constitutus consimiliter se submitit ordinationi dicti domini Archiepiscopi super omnibus et singulis superius recitatis in presentia suprascriptorum. Et nichilominus per prius presentibus prefatis Magistris Johanne Roberto et Ricardo Fode clerico et me Notario infrascripto sub forma memorata in quodam alio loco dicti Cimiterii dictus Rector personaliter constitutus eodem die ordinationi dicti Patris se submiterat ut est dictum. Venerabilis insuper pater dominus Willelmus dei gratia Roffensis Episcopus per prefatum Reverendum dominum Archiepiscopum illum missus dictam ecclesiam de Clyve et Cimiterium ejusdem reconciliavit et missam ad majus altare ipsius ecclesiæ Pontificalibus indutus cum nota solemniter celebravit, et post offertorium in dicta ecclesia Clero et populo prædicavit propositum per eundem Themate Missus sum ad oves quæ perierant, expositisque violenciis et injuriis prefato Rectori ecclesiæ de Clyve suisque Capellanis ac ministris per parochianos dictæ ecclesiæ illatis et periculis quæ propter illa incurrerant; quesivit a parochianis dictæ ecclesiæ utriusque sexus multitudine maxima inibi constituta utrum placeret eis quod prefati procuratores eorum quorum nomina ex habundanti fuerunt ibidem publice recitata facerent prout superius scribitur, recitando eisdem parochianis et exponendo formam predictam specificè et distincte, et injunxit eis quod si esset ibidem aliquis parochianus cui homo non placeret se objiceret et opponeret in continenti. Set nullus apparuit contradictor vel oppositor. Et nihilominus dictus dominus Episcopus requisivit eosdem parochianos quod si placeret eis forma constitutionis procuratorum hujusmodi super premissis levarent manus suas in signum consensus eorum Et multi parochiani, nullo contradicente de quo michi Notario constabat, manus suas illico levarent Et statim post in ecclesia memorata coram eodem domino Episcopo Roffensis dicti quatuor procuratores jurarunt ad sancta Dei Evangelia in animas singulorum parochianorum dictæ ecclesiæ de Clyve qui censuras aliquas occasione violentiæ et injuriarum de quibus superius memoratur incurrerunt de stando et parendo mandatis ecclesiæ, quodque singuli hujusmodi parochiani peragerent et facerent pœnitentiam per prefatum dominum Archiepiscopum eorum cuilibet injungendam. Subsequenterque idem dominus Roffensis Episcopus precepit omnibus qui hujusmodi censuras incurrerant, flexis genibus cum proposito parendi mandatis ecclesiæ et faciendi pœnitentiam, ut præfertur, omni rancore penitus derelicto, humiliter peterent se absolvi Idemque dominus Episcopus parochianos hujusmodi genuflectantes acensuris hujusmodi absolvebat reservando domino Archiepiscopo præfato pœnitentiam propterea imponendam. Presentibus testibus suprascriptis, necnon nobili viro domino Johanne Gray de Godenore milite, Rogero Godestre, Simone de Burgh, Roberto Marescallo dicti domini Archiepiscopi Cantuariensis, et aliis multis. Et ego Ricardus Wodeland de Calæto clericus Ciestrensis diœcesis Notarius Apostolica auctoritate publicus præmissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur agerentur et fierent una cum supradictis testibus præsens interfui, eaque omnia et singula sic vidi fieri, et audivi, scripsi, et in hanc publicam formam redegei, meoque signo consueto signavi, Rogatus. (*Islip*, fol. 209.)

## XVII.—A.D. 1366.

Collatio domini JOHANNIS DE KEPESTON Presbiteri Cycestriæ Diœcesis ad Ecclesiam de Clyve Decanatus de Shoreham facta per dominum Robertum priorem Ecclesiæ Christi Cantuariensis et ejusdem loci capitulum, sede ipsius Ecclesiæ vacante, ad presentationem domini regis ratione archiepiscopatus Cantuariensis vacantis et in manu sua existentis verorum dictæ Ecclesiæ patronorum hac vice. Data Cantuarie, in Domo nostra capitulari, 16 Kalendis Octobris Anno Domini 1366. "Per resignationem domini Johannis de Byshopeston ultimi Rectoris

ibidem. . . . . vacantem." xviii<sup>o</sup> Kalend Januarii Anno domini supradicto apud Lambeth demandatum fuit decano de Schorham ad inducendum dominum Johannem de Kepeston vel procuratorem suum in ecclesiam parochialem de Clyve. (*Langham*, fol. 95.)

## XVIII.—A.D. 1367.

*Mandatum Domini Regis per quod dominus ROBERTUS DE WALTON presentatus suus fuit admissus ad ecclesiam de Clyve.*

Sciatis q'd nos . . . . recuperavimus presentationem nostram versus JOHANNEM DE KEPESTON. . . . Et ideo vobis mandamus quod non obstante reclamatione ipsius Johannis de Kepeston ad ecclesiam prædictam idoneam personam admittatis. Teste . . . . apud Derteford 25 die Octobris Anno regni nostri quadagesimo primo. (*Langham*, fol. 102.)

## XIX.—A.D. 1367.

7 Kalendis Novembris Anno Domini 1367 apud Lambeth dominus ROBERTUS DE WALTON Presbiter ad Ecclesiam de Clyve Decanatus de Shoreham per dominum regem ratione temporalium Archiepiscopatus Cantuariensis nuper vacantis in manu sua existentium presentatus admissus fuit per dominum.

"Inductus eodem die." (*Langham*, fol. 102.)

## XX.—A.D. 1376.

3 Kalendis Novembris Apud Lameth dominus contulit Ecclesiam parochialem de Clyve, suorum patronatus et Jurisdictionis immediatæ per Mortem domini ROBERTI WALTON, ultimi Rectoris ejusdem, vacantem, Magistro ROGERO SUTTON, legum doctori, presbitero, intuitu caritatis. Et deinde obtinuit literas collationis et inductionis directas decano de Shoreham. (*Sudbury*, fol. 119<sup>b</sup>.)

## XXI.—A.D. 1376.

Permutatio facta inter Magistrum ROGERUM DE SUTTON Presbiterum legum doctorem Rectorem Ecclesiæ parochialis de Clyve patronatus et jurisdictionis domini immediatæ et THOMAM THEBAUD DE SUDBURIA Clericum legum doctorem ac Rectorem Ecclesiæ parochialis de Cherryng patronatus et Diocesis domini Data in Capella de Lameth 10 Kalendis Novembris. (*Sudbury*, fol. 119<sup>b</sup>.)

## XXII.—A.D. 1377.

Commissio domini Archiepiscopi Magistro Johanni Barnet Officiali Curisæ Cantuariensis et Nicholao de Chaddesden legum doctori decano nostro ecclesiæ beate Marie de Arcubus London directa ad cognoscendum et procedendum in quibusdam causis et negociis occasione decimarum Lane proveniencium et aliorum emolumentorum de certis oneribus proveniencium infra parochiam Ecclesiæ de Clyve Decanatus de Shoreham.

"ROBERTUM DE WALTON olim ecclesiæ de Clyve prædictæ Rectorem jam defunctum."

"THOMAM THEBAUD DE SUDBURIA præfatæ ecclesiæ de Clyve nunc Rectorem."

Data apud Otteford 6<sup>o</sup> Kalendo Marcii Anno domini supradicto. (*Sudbury*, fol. 47<sup>b</sup>.)

## XXIII.—A.D. 1387.

28 die Mensis Novembris apud Lameth dominus Contulit Magistro ADE MOTTRUM licentiato in Decretis Cancellario suo ecclesiam parochialem de Clyve Jurisdictionis suæ immediatæ per mortem domini THOMÆ LYNTON ultimi rectoris ejusdem vacantem et ad suam collationem pleno jure spectantem. (*Courteney*, fol. 268<sup>b</sup>.)

## XXIV.—A.D. 1390.

6<sup>o</sup> die Januarii apud Croydon dominus Contulit Ecclesiam Parochialem de Clyve Decanatus de Shoreham Jurisdictionis Cantuariensis immediate Magistro JOHANNI GODFWYK legum Doctori. (*Courteney*, fol. 279.)

## XXV.—A.D. 1448.

4<sup>to</sup> die Mensis Novembris apud Lamheth dominus contulit Magistro WILLELMO CLEVE in utroque Jure baccalario ecclesiam parochialem de Cleve sue Jurisdictionis immediatæ per mortem Magistri WILLELMI BICONYLL ultimi Rectoris ibidem vacantem et ad suam collationem pleno jure spectantem. (*Stafford*, fol. 98.)

## XXVI.—A.D. 1470.

26<sup>to</sup> die Mensis Februarii apud Lameth dominus contulit Magistro WILLELMO UTTING sacre Theologiæ Professori Ecclesiam parochialem de Clyve Jurisdictionis immediatæ per mortem Magistri Willelmi Clyff ultimi Rectoris ejusdem vacantem. (*Bourgchier*, fol. 103.)

## XXVII.—A.D. 1481.

4<sup>to</sup> die Mensis Julii apud Lamhith dominus contulit Magistro OLIVERO KYNG legum doctori ecclesiam parochialem de Cleve Jurisdictionis immediatæ in Decanatu de Shoreham per mortem Magistri Willelmi Uttyng ultimi Rectoris ibidem vacantem ac ad collationem domini pleno jure spectantem. (*Bourgchier*, fol. 127<sup>b</sup>.)

## XXVIII.—A.D. 1549.

*Collatio Ecclesiæ parochialis de Clyffe.*

Secundo die Mensis Julii apud Lambehith dominus contulit Ecclesiam parochialem de Clyffe decanatus de Shoreham Ecclesiæ Christi Cantuariensis Jurisdictionis immediatæ de jure vacantem Magistro EDMUNDO CRANMER Archidiacono Cantuariensis ipsumque Rectorem instituit in persona Hugonis Cartwright generosi procuratoris sui legitime constituti. (*Cranmer*, fol. 406<sup>b</sup>.)

## XXIX.—A.D. 1559.

Vicesimo nono die Januarii apud Lambehith Reverendissimus contulit Magistro EDMUNDO GEST sacre Theologiæ Baccalareo ecclesiam parochialem de Clyve decanatus de Shoreham ecclesiæ Christi Cantuariensis Jurisdictionis immediatæ per mortem naturalem Magistri EDMUNDI ALLEN ultimi Rectoris ejusdem vacantem et ad collationem domini pleno jure spectantem. (*Parker*, fol. 340<sup>b</sup>.)

## XXX.—A.D. 1576. Dec. 11th.

*Institutio Rectorie de Cleve.*

Apud Lambehithe dominus admisit GEORGIUM ROWE clericum artium magistrum ad ecclesiam parochialem de Cleve Decanatus de Shoreham Ecclesiæ Christi Cantuariensis Jurisdictionis immediatæ per mortem naturalem JOHANNIS CALVERLEY clerici in legibus Bacchalaurei ultimi Rectoris et incumbentis in eadem jam vacantis. (*Grindal*, fol. 513.)

## XXXI.—A.D. 1578-9.

Institutio Magistri WILLELMI WILSON Clerici Sacre Theologiæ Bacchalaurei ad ecclesiam parochialem de Clyff alias Cleve Cantuariensis Diocesis per mortem Georgii Rowe clerici ultimi Incumbentis ibidem vacantem ad presentationem Thomæ Doyle Armigeri patroni 12<sup>o</sup> Januarii. (*Grindal*, fol. 524.)

## XXXII.—A.D. 1663.

13 die Mensis Novembris dominus contulit Magistro GEORGIO STRADLING Sacre Theologiæ professori Rectoriam Ecclesiæ parochialis de Cliffe alias Clive in Comitatu Cantii jam legitime (ut dicitur) vacantem et ad collationem dicti Reverendissimi patris domini Cantuariensis Archiepiscopi pleno jure spectantem. (*Juxon*, fol. 149<sup>b</sup>.)

## XXXIII.—A.D. 1663.

13 die Novembris dominus contulit GEORGIO STRADLINGE clerico Sacræ Theologiæ Professori Rectoriam ecclesiæ parochialis de Cliffe al's Clive in Comitatu Cantii decanatus de Shorham vacantem. (*Sheldon*, fol. 321<sup>b</sup>.)

## XXXIV.—A.D. 1679.

*Commissio ad inspiciendum Ruinas Domuum ad Rectoriam de Cliffe spectantium.*

Wilhelmus Cantuariensis Archiepiscopus . . . Dilectis nobis in Christo Thomæ Grenhall Rectori de Cooling Richardo Pearson Vicario de Higham Johanni Crew Vicario de Hartlippe Edwardo Turner Rectori de Halstow in Comitatu Cantii Johanni Guy de Strood Isaaco Blake de Strood prædicto Henrico Gardner de Hawling Bonham Hare de Cobham in Comitatu Cantii respective Generosis Neonon Capitaneo Roberto Parker de Ifield alias Singlewel in Comitatu prædicto Armigero Salutem et gratiam porrecta nobis nuper petito ex parte Georgii Stradling sacrae Theologiæ professoris Rectorii Rectoriæ de Cliffe in Comitatu Cantia. . . . Quod nonnulla Ædificia Domus et Structuræ vulgo vocata The old Kitchin, The old Well house, the Fodder House, and the Vicarage House ex antiquo fabricata et constructa ad dictam Rectoriam de Cliffe spectantia. . . ita ruinosa . . . fuerunt vobis igitur committimus et mandamus quatenus vos aut quatuor vestrum ad dicta Ædificia . . . sine mora dispendio personaliter adeuntes decasus et ruinas dictorum Ædificiorum visu supponatis, &c. . . . Data 29 Aprilis 1679. (*Sancroft*, fol. 219.)

## XXXV.—A.D. 1679.

Richard Pearson, John Crew, Edward Turner, and Isaac Blake, by virtue of the Commission directed to them to inspect the ruins, certify that in their opinion the Vicarage House may be demolished as useless, and that the old Kitchen and old Well House may be taken down, provided that the Hall now standing be made into two Lower Rooms and two Chambers or Upper Rooms. And as for the fodder house it is their opinion that it should rather be repaired than demolished. May 7th, 1679.

## XXXVI.—A.D. 1679.

Lambeth House, May 15th, 1679.

His Grace having perused the Certificat returned with this Commission is pleased to direct and order that a licence issue forth under the seale of the Vicar Generall, Whereby the Reverend DOCTOR STRADLING present Incumbent and Rector of the Church of Cliffe specified in the said Commission may be impowred utterly to demolish and take downe the House called the Vicaridge House, together with the old Kitchin and Well House belonging to the said Rectory. Neverthelesse that he be thereby enjoyned to convert the materials of the said Ædifice and other parts of the parsonage house demolished towards the repaire of the remaining part and making of the Hall into twoe Lower Roomes and Chambers, And further that he Certify of the performance hereof accordingly at or before the Feast of St. Michaell next ensueinge.

## XXXVII.—A.D. 1679.

Licence is granted to demolish, provided that the materials from the ruins be employed for the repairs of the edifices mentioned in the Certificate and of other edifices belonging to the Rectory, and not to any other uses. 22 May 1679.

## XXXVIII.—A.D. 1739.

On 7th November 1739, the Archbishop of Canterbury conferred on WILLIAM NICHOLAS BLOMBERG, Clerk, Master of Arts, the Rectory of the parish church of Clive otherwise Cliffe in the County of Kent and Deanery of Shoreham and vacant by the death of GEORGE GREEN the last Incumbent thereof. (*Potter*, fol. 272<sup>b</sup>.)

*Transcribed from the Parish Register.*

Mem<sup>dm</sup>. The Roof of the Church was taken down new laid and the Lead new cast Anno 1730. And the Roof of the Chancel Anno 1732. At which time the East Window was pulled down and rebuilt and both Church and chancel ceiled.

M<sup>r</sup> THOMAS PEMBLE, } Churchwardens. G. GREEN, B.D., Rector.  
M<sup>r</sup> DAVID BROWN, }

December 24<sup>th</sup> 1735. GEORGE GREEN, B.D., Rector and Commissary of Cliffe, gave one Flagon and two Bread Plates for the use of the Communion Table weighing 53 oun. 14 pw.

Witness our hands, THO. HALL, Curate.  
THO. PEMBLE, } Churchwardens.  
JAMES ETCCELL, }

M<sup>r</sup> WARREN: You have, ever since you rented both M<sup>rs</sup> HASTED's Farms, made a new path through the Church Yard, which your Landlady's Executors may possibly claim a Right to by Prescription, should it be enjoyed, without Interruption, for any length of time; to prevent which I hereby forbid you, for the future, to come any more that way. M<sup>r</sup> BLOMBERG mentioned this to me last Summer, as an Encroachment and which ought not to be permitted. June 15, 1749.

THO. HALL, Curate of Cliffe.

The above is a true Copy of a Note to M<sup>r</sup> WILLIAM WARREN, who lives in Course-hole Farm & uses Cock Farm, delivered June 19<sup>th</sup> 1749 by me,

THOMAS PAKMAN, Clark.

(Page 156. Last page in Book.)

Mem<sup>d</sup> 1751. The Alter Piece was erected the Week before Whit Sunday at the Charge of M<sup>rs</sup> BLOMBERG Relict of the late Rector She knowing that He had such Designs, but lived not to execute them.

Recieved Mar. 30, 1752, of M<sup>r</sup> THOMAS HALL Curate the Communion Plate, viz. Two Silver bread plates and One Silver Flagon with this Inscription upon them—In Ministerium Cœnæ Dominicæ D.D.D. Q. (*sic*) GEORGIUS GREEN, S.T.B., Rector et Commissarius de Cliff 1735. And One other Silver plate gilt formerly used as a bread plate with this Inscription round it—Benedicamus Patrem et Filium cum Spiritu sancto, embossed in the middle Christ on the Cross, supported by God in the Shape of an old Man. And also One Silver pint Chalice. I say recieved by me,

JOHN PROBY, Jun<sup>r</sup>, Churchwarden.

Witness hereto, JOHN SMITH, Oversear.  
THOMAS PAKMAN, Clark.

1869, September 30<sup>th</sup>. Rev. HENRY ROBERT LLOYD M.A. Vicar of S. Mark's Kennington in Lambeth & Chaplain to the late Most Reverend CHARLES THOMAS D.D. Lord Archbishop of Canterbury was instituted to the Rectory of Cliffe by the R<sup>e</sup> Rev. the Lord Bishop of Rochester & inducted into the said Rectory & Church of Clyffe by the Rev. the Vicar of Higham, October 25<sup>th</sup> 1869.

(Clyffe was vacated on May 9, 1869, by the decease of the Rev. JAMES CROFT M.A. the late Rector of Clyffe, Rector of Saltwood, Canon & Archdeacon of Canterbury.)

October 17, 1872. A Silver Coin of Gallienus of about the size of a shilling was this day shewn to me by M<sup>r</sup> KNIGHT, Builder, of Reed Street, Clyffe, as having been just found by a Laborer at the end of Wharf Lane in Clyffe, on the edge of the Marsh, Gallienus, Emperor A.D. 260 to A.D. 268.

HENRY ROBERT LLOYD, Rector.

N.B. It appears that the Parish of Clyffe by two Orders in Council was deprived of its Peculiar Jurisdiction and made to be locally situate within the limits of the City & Deanry of Rochester & subject to the Jurisdiction of the Bishop of Rochester & of the Archdeacon of Rochester until the Archdeaconry should be suppressed and then of the Dean of Rochester. The Orders are dated 8<sup>th</sup> August & 23<sup>rd</sup> December 1845 & were published in the London Gazette. (Letter from Messrs. Lee & Bolton Jan. 31, 1873.)

#### BENEFACTORS TO THE POOR OF THE PARISH OF CLIFFE.

THOMAS FAUNCE . . . . of Cliffe, gave by Will, 1609, to the poorest people there, Twenty shillings per annum ; Ten shillings of which is to be distributed on the Feast of saint Michael the Archangel, and the other Ten shillings on Ladyday, and is payable out of a Tenement Situate in Penny-lane end.

RICHARD COX . . . . of Cliffe, gave by Will, 1611, to the poorest people there, Twenty shillings per annum, to be distributed on the feast of saint Andrew, issuing out of a Tenement Situate in Reed-street.

WILLIAM WILLSON, D.D. . . . sometime Rector of Cliffe, gave, in 1614, Six pounds per annum, to be distributed as follows (viz.) Forty shillings to the Poorest and Eldest Widower, and Forty shillings to the Poorest and Eldest Widow, payable to each of them in equal portions, on Lady day and Michaelmas day, the other Forty shillings to be given to the Poor . . . . on New-year's day, which sums are issuing out of three pieces of Land, called the Widowers and Widows Gift.

THOMAS GALE . . . . of Cliffe, gave, in 1620, Ten shillings per annum to the poorest people of this parish, to be distributed on Ash-Wednesday, and is payable out of a Tenement situate in West Street.

THOMAS BRASIER & RICHARD DUNK, both . . . . of Cliffe, gave by Will each of them Five pounds, the Interest of which is to be laid out in Bread, and distributed to the poor . . . . on Christmas day.

BONHAM FAUNCE . . . . of Cliffe, gave by Will, 1652, Forty shillings per annum, Twenty shillings of which is to be distributed to the poor on Easter day, and the other Twenty shillings on Michaelmas day yearly, and is payable out of a piece of Land called Marthnas Bush.

GEORGE PERRIT gave by Will, 1661, Thirty shillings per annum, to be distributed to the poorest people on the Feast of Saint John Baptist, and is payable out of a piece of land adjoining to Craylane.

WILLIAM GISHAM . . . . of Cliffe, gave by Will, 1669, Ten pounds, the interest of which is to be given yearly to the poor on the Feast . . . . Saint Stephen.

JOHN BAYNARD . . . . of Cliffe, gave by Will, 1676, Five pounds, the Interest of which is to be given . . . . to the poor on Whitsunday.

JOHN BOGHURST . . . . of Cliffe, gave by Will Five pounds, the Interest of which is . . . . to be distributed to the poor.

JOHN BROWN . . . . of Cliffe, Gent<sup>n</sup>, gave by Will, 1679, Two Tenements, one situate in Church Street, the other in South Wood Borough with lands, there unto belonging, for Some Poor Person capable of teaching Twelve Poor Children to Read English.

ROBERT PARKER . . . . of Cliffe, gave by Will, 1678, Five pounds, the Interest of which is to be distributed . . . . to the poor.

THOMAS BERRY . . . . of Cliffe, gave by Will, 1697, Five pounds, the Interest of which is to be distributed yearly to the poor.

DAVID HEATH of Cliffe gave, in 1709, towards the augmenting the Sallery of the Free School in Cliffe, the sum of Twenty shillings per annum, issuing out of a house in Cooling, called the Sandhole, and is to be paid by the Churchwardens of Cooling to the Master or Mistress of the said Free School, yearly, upon Michaelmas Day.